UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXVIII. Sunt reuera minime ad gr[ati]am dei & Crucis pietatem compat[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

¶ CON: LXVIII.

Sunt reuera minime ad grãm dei & Crucis pieta‑tem compatę.

Immo compatę ad dei grãm, ſunt nihil & nullę, cũ potius contraria opentur gratię dei, tñ ꝓpter ignauos & pigros tole‑rare, Et patet ex dictis.

¶ CON: LXIX.

Tenentur Epi & Curati veniarũ Aplicarũ Cõmiſſa‑rios, cũ omĩ reuerentia admittere.

Quia auctoritati papali, in omibus cũ reuerentia cędendũ eſt, Qui em̃ poteſtati reſiſtit, reſiſtit dei ordinationi, qui autem deo reſiſtũt, ipi ſibi damnationẽ acquirũt, Et dñs ipſe, Qui vos ſpernit, me ſpernit, Igitur licet ĩ rebus exiguis, nihilo tñ minꝰ, q̃ in magnis, auctoritati cedendũ. Hinc illud etiã venit, ꝙ & ſi Papa ferret iniuſtas ſententias, timẽdę tamẽ ſunt, & vt Caro‑lus, inquit Imperator, Quicq̃d impoſuerit, q̃tũuis grauis ſit, ferendum eſt, ſicut & experientia videmus fieri ab Eccleſia, quę certe infinitis oneribus hodie premitur, & tamen pie & humi‑liter fert quieta, Id tamẽ intelligendum eſt, ne quis in erroneam conſciẽtiã veniat, quaſi ideo ſint timendę iniuſtę ſentẽtię, quia ſint approbandę tanq̃ iuſtę, ab ĳs, qui debent eas timere, Cum ipſemet Pontifex, aliquos decernat ab Eccl'ia ligari, qui tñ corã deo ligati ñ ſũt, & cogit eos ligationẽ ferre, nec eis nocet talis li‑gatio, quia eſt pœna tm̃, & timeri debet, non aũt ſcrupulũ cõ‑ſcientię facere, ſicut timere debemus deũ, in omĩ alia violentia, etiã ꝓphana, & non p̧ contẽptũ ſuperbe reluctari, Ita & onera ſunt ferenda, non ꝙ recte fiant, & approbanda ſint, ſed vt fla‑gella a deo inflicta, & humiliter portanda, Quare ſnię iniuſtę & onera ſunt timenda, non ꝓpter illud verbũ, Quodcũq̧ li‑gaueris, ſed ꝓpter illud generale p̄ceptũ, Eſto conſentiens ad‑uerſario tuo in via, Et illud, Qui te percuſſerit ĩ maxillã dex‑terã, p̄be ei & ſiniſtrã &c̄, Et Ro: xĳ. Non defendentes voſmet ipos &c̄, Si em̃ hoc eſſet conſiliũ (vt multi etiam Theologi vi‑dẽtur errare) tũc liceret eadẽ libertate, reſiſtere Papę in ſuis one‑ribus & ſententĳs iniuſtis, qua Turco, vel alĳs aduerſarĳs, ſed nullis prorſus ẽ reſiſtẽdũ, licet non ſit eorũ opus approbãdũ, ne ſit error in conſciẽtia, Sed hęc materia neceſſaria valde, aliud tempus, & opus poſtulat.

¶ CON: LXX.